



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorius
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorum, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ ad Domnum Carolvm Regem
directa, in qua prædictus Papa postulans, vt Domnus Rex reuertens à
Saxonia ad Limina sancti Petri properaret quemadmodum et pollicitus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

*Item exemplar Epistole eiusdem Pape ad
Domnum Carolum Regem directæ, in qua prædictus Papa po-
stulans, ut Dominus Rex reuertens à Saxonia ad Limi-
na sancti Petri properaret quemadmodum ei
pollicitus fuerat.*

L XIII.

*Saxonia. l. 2.
Bar. 6
Cent.*

*offeruntur
aut.*

DOMNO excellentissimo filio Carolo, Regi
Francorum & Langobardorum, atq; Patricio
Romanorum Adrianus Papa; Dum tanta fe-
curitatis lætitia spiritalis mater vestra, sancta Dei Ca-
tholica & Apostolica Romana Ecclesia dilatata lauda-
biliter permanet, etiam in Apostolica aula, ob vestro-
rum delictorum veniam, sedulo à nobis, & cunctis
Dei sacerdotibus, orationum vota & sacrificiorum,
hostiæ diuinæ * proferuntur maiestati. Itaque præ-
cellentissime fili, coniungentes ad nos fidelissimi ve-
stri Missi, scilicet Possessor, sanctissimus frater noster
Episcopus, & Rabigaudus religiosus Abbas, detule-
runt nobis desideratissimas vestræ sublimitatis Sylla-
bas, quas & cum nimio amoris dulcedine acceptan-
tes, suscepimus, relegentesq; & de vestra immensa
prosperitate agnoscentes, magnas omnipotenti Deo
nostro tulimus laudes, qui nobis tam benignissimum
ac Christianissimum Regem suæ Ecclesiæ detulit de-
fensorem. Continebatur quippe in ipsis vestris regali-
bus apicibus, quod, Domino protegente, remeantes
vos à Saxonia, mox & de præsentī, Italiam vel ad limi-
na protectoris vestri, B. Apostolorum principis Petri,
ad implenda, quæ ei polliciti estis, properare desidera-
tis: de quo audito nimis noster lætatus est animus, vna
cum vniuerso nostro populo, eo quod nimis deside-
rabilis

rabiles sumus prominentissimum vestrum conspice-
re vultum.

Quoniam satisfaciat tibi veritas, dulcissime & a-
mantissime fili, atq; à Deo institute magne Rex, in ea-
dem sponsione, qua in inuicem, ante sacram eiusdem
Dei Apostoli Confessionem adnexi sumus, firmi atq;
incommutabiles, diebus vitæ nostræ, cum vniuerso
nostro populo permanere satagimus. Vnde & chari-
tas vestri regalis culminis nos prouocat sedulò de ve-
stra sospitate addiscere; & cognoscat vestra conspicua
excellencia, quia si mora de vestro aduentu prouene-
rit, magna nobis imminet voluntas, ibidè in vestrum
aduentum, vbicumq; vos valuerimus coniungere, ob-
uiam proficisci.

Interea notioni vestræ excellentiæ deducimus de
p̄dictis vestris fidelissimis Missis, quia sicut ad nos per-
uenerant & vestræ regali potentiæ p̄ nostros apices in-
rimandū direximus, dum nobis presentati fuissent ipsi
Missi vestri, fideles in seruitio fautoris vestri B. Petri,
Apostolorum principis, & nostro atq; vestro reperi-
mus, pro quo petimus, vt benignè eos suscipere iubea-
ris.

His prelibatis, diuinam exoramus clementiam, vt
sua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens vobis at-
que excellentissimæ filiæ nostræ, Reginæ, & amantissi-
mis vestris natis longæua ac prospera tempora, regni
gubernacula possidenda, vestrisque vestigiis cunctas
barbaras nationes prosternat, dilans multipliciter.
terminos regni vestri, etiam & coelestis regni gaudiis
vos faciat esse per infinita sæcula participes. In-

columem excellentiam vestram, Dñe fili,
superna gratia custodiat.

§

Item